



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Ne Sede Vacante Aliqvid Innovetur. Titvlvs V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

præcepti, & mandati infringere, &c. Datum Avinioni 5.  
Cal. Octobris, Anno 5.

## NE SEDE VACANTE ALIQUID

INNOVETUR.

TITVLVS V.

CAP. VNIC.

Vacante sede imperiali, cum iurisdictio ad Papam devolvatur, sub pena excommunicationis hic prohibetur, quod nullus tunc nomen vicarii, Imperatori, vel alterius cuiuscunq; officii retinet, affirmat, vel refutat, nullusq; ei obediatur, vel auxilium prebeat: alios & communicatio in personas, & interdiction in terras (nisi intra duos menses responsum) profertur. Tandem modus hujus processus publicandi exprimitur b.d.

**S**i statrum & Coepiscoporum nostrorum, & aliorum quoramlibet iura illibata servari, & ab omni fore dispensatio diminutionis extranea cupimus, & ad illud libenter nostra sollicitudinis studium adhibemus: multo fortius eisdem pro nostris & Romanae ecclesie sponsis nostris iuribus & honoribus conservandis ex animo nobis officii debitis Apostolicae provisionis patres tenemur impendere, ne temporibus nostris usurpatiōnis injuriam subeant, aut detrimentum cuiusvis derogationis incurant. Sanè in nostram & statrum nostrorum deductum est (fama divulgante) notitiam, quod licet de jure nulliquid, & ab olim fuerit inconcilié servatum, quod vacante Imperio, sicut & nunc per obitum, quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacasse dicitur, quam in illo ad secularem judicem nequeat haberi recurvis, ad summum Pontificem, cui in persona beati Petri terreni simul & ecclesias Imperii iura Deus ipse commisit, Imperii prædicti iurisdictio, regimen & dispolio devolvuntur, & ea ipse (durante ipsius vacatione Imperii) per se, vel alium, seu alios exercuisse noscitur in Imperio memoriato: nonnulli tamen in Italie partibus potestatis & dignitatis fastigium illicet ambientes, in nostrum & Romanae fidei matris ecclesias (quantum in eis est) prejudicium evidens, ac diminutionem honoris & iuri, vicariatus seu alterius cuiuscunq; nomen officii, quod ipso Imperatore vivente ex ipsius commissione gerabant in certis terris, territoriis sive locis, post decepsum ipsius, absque nostra, vel Apostolicae sed, perita vel obtenta licentia, retinere sibi, & nonnulli etiam de novo afflent, quod non gesserant, aut gestum ante posteaq; dimissum refunere temeratis auctoribus presumperant, quo vel quibus adiutorio vetentur abiuti, & sub ejus vel eorum colore multa facere & fecisse noscuntur, que in nostram, & ecclesias prædictis injuriam apertere redundant, non abhorrentes per ad variis involvi criminibus, nec divina & maiestatis formidantes offendam. Quia igitur error, cui non resistitur, approbat videtur, & latium pandit delinquentibus sinum, qui eorum perverbis conatus non resistit: Nos volentes nostris & ecclesias sponsis nostra iuribus & honoribus in hac parte proposcere, & malis ac scandalis, que ex retentione, adiunctione, seu resumptione hujusmodi orti sunt hastenus, & que periculose possent in anera suborici, celeriter obviare, necnon periculis animorum, hujusmodi continentium, assumentium seu resumendum nomina, & eis abundantiam (ut præfertur) salubriter occurrere cipientes, præsentium auctoritate monemus sub excommunicationis pena omnes & singulos cuiuscunq; status, praeminentia, dignitatis, aut conditionis existant, etiam si patriarchali, vel quavis alia superiori sive episcopali, vel regia, seu alia quacunq; præfulgent dignitate, qui post vacationem Imperii ablique potira, vel sedis prædicta licentia hujusmodi vicarii seu cuiusvis alterius officii nomen ubilibet retineant, assumperint, seu resumperint & retinent: &

qui assument, vel resument fortassis in posterum, & talis donationis pallio abusi sunt, & abutuntur, vel etiam abutentur potestate, vel jurisdictione quacunq; securius exercitus publice vel occulte, quatenus de ceteram à denominatione hujusmodi, seu cuiuscunq; assumptione, resumptione ac retentione prædicta, non usū, potestate, & exercito supradictis prius obneant, & omnino delectant. Iuhibentes insuper sub ipsa prædicta omnibus & singulis Patriarchis, prælatis, & etiam aliis superioribus ac regibus, civitatibus, comitibus, universitatibus, capitaneis, potestatibus, rectoribus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & aliis omnibus cuiuscunq; sint dignitatis, conditionis ac fama ne prædictum hujusmodi nomen, seu aliud quodlibet eodem Imperio retinetes (ut præfertur) aut affinentes, vel eorum aliqui sub denominatione, vel titulo hujusmodi nominum, seu procuratores, commissarii, adices, aut vires eorum gerentes, quoenamq; colore casto, recipient, vel admittant, nec ut vicarii seu vicini aut officialibus Imperii pareant vel intendant, ut patre vel intendi faciant, vel permittant, nec in eis vel ei quomodolibet præstant auxilium, consilium, vel favorem. Alioquin in omnes & singulos Patriarchas, prælatos, & superiores & inferiores, Reges & caecos, denominationem prædictam (ut prædictum est) retinentes, affluentes, seu refutantes, actus præceca excentes quacunq; officia, porrectantes (ex jurisdictione, & recipientes eos, ut vicarios, vel officiales legatos, aut commissarios eorum, ut talium, & in parentes eis obdientes eis, ut talibus, aut præstantes in hoc tibi consilium, auxilium, vel favorem, nisi intra doormanum spaciū a die date præsentum numerandum penitentia reipuerint, vel se liceat sedis Apostolicae super hoc ostenderint communatos, excommunicationis in singulari personas, & in terras & loca ipsorum, & quilibet communates, universitates, civitates, aut villas, nonnulli sententias de statrum nullorum consilio publiz promulgamus. Contra eos nonnullum spinosum & temporaliter gravius processui, prout inobedientiis eorum exegerit, qualitas facti luaserit, & videremur redire. Et ut quibuslibet parenti talibus tollantur iuris, omnes & singulos, qui hujusmodi vicariatus aut retinentibus, affluentes seu resumentibus prædicto fidelitatis tenentur adstriti, a juramento hostiis, quantum ad hoc, de potestatis plenariae auctoritate Apostolica firmiter inhibemus eis, & talibus, ut vicarii vel officialibus Imperii, eis præstantes pareant vel intendant. Et infurier eis peccatoe, obligationes, confederationes, & complices a quibuscumque super hoc quomodolibet iuramento vel quacunq; firmitate vallans, omnia dolosum, viribus vacnamus, irritamus, quaque de falso processerimus, revocamus. Ac hujusmodi, & quilibet alijs juramento quibuslibet super his præfatis, per quæ postea in prædictis nostris, & ecclesias nostris prædictis iuribus derogari, præsentim cum iuramentum vinculum iniquitatis esse non debet, relaxamus. Ceterum ut hujusmodi processus virtus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas seu membranas processum continentis eundem, in ecclesia Avinionensi appendi, sed affligi otiis seu superliminibus faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconte, & patrem reditum publicabunt: Ita quod omnes & singuli, quos processus ipse contingit, & contingere potest, nullam postea possint excusationem prætendere, quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignoraverint eundem, cum non sit verisimile remanere quod ipsi incogniti vel occultum, quod tam patenter omnibus percibatur. Datum Avin, in domo episcopali, pridie Calendas Aprilis anno 5.